

vidi : is filium negat esse rure. nec quid agam scio.

CT. Syre. *SY.* quid est? *CT.* men quaerit? *SY.* verum.

CT. perii. *SY.* quin tu animo bono es.

DE. quid hęc, malum, infelicitatis? nequeo sati' decernere; 5
545 nisi me credo huic esse natum rēi, ferundis miseriis.

primu' sentio mala nostra, primu' rescisco omnia,
primu' porro obnuntio, aegre solu' siquid fit fero.

SY. rideo hunc : primum aīt se scire : is solu' nescit omnia.

DE. nunc redeo, si forte frater redierit viso. *CT.* Syre, 10
550 obsecro vidē nē ille huc prorsu' se inruat. *SY.* etiam taces?
ego cavebo. *CT.* numquam hercle ego hodie istuc com-
mittam tibi;

nam me iam in cellam aliquam cūm illa concludam : id
tutissimumst.

SY. age, tamen ego hūnc amovebo.—*DE.* sed ecce scele-
raturum Syrum.

SY. non hercle hic qui volt durare quisquam, si sic fit, potest. 15
555 scire equidem volō quot mihi sint domini : quāe haęc est
miseria?

DE. quid ille gannit? quid volt? quid ais, bone vir? est
frater domi?

SY. quid, malum, "bone vir" mihi narras? equidem perii.

DE. quid tibist?

SY. rogitas? Ctesipho me pugnīs miserum et istam psaltriam
usque occidit. *DE.* hem quid narras? *SY.* em vide ūt 20
discidit labrum.

560 *DE.* quā ob rem? *SY.* mē impulsore hanc emptam esse
aīt. *DE.* non tu eūm rus hinc modo